Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

salvabit me. Vespere et mane et meridie nar
rabo et annuntiabo, et exaudiet vocem meam.
Redimet in pace animam meam ab his qui appro
pinquant mihi, quoniam inter multos erant mecum.
Exaudiet ds et humiliabit illos, qui est ante secla.
Non enim est illis commutatio, et non timuerunt
dm, extendit manum suam in retribuendo.
Contaminaverunt testamentum eius, divisi sunt
ab ira vultus eius, et appropinquaverunt cor
illius. Mollirti sunt sermones eius super oleum,
et ipsi sunt iacula. Iacta super dnm curam
tuam, et ipse te enutriet, non dabit in æter
num fluctuationem iusto. Tu vero ds deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinum
et dolosi non dimidiabunt dies suos, ego
autem sperabo in te dne. ps. D—U.

Miserere mei ds, quoniam conculcavit
me homo, tota die impugnans
tribulavit me. Conculcaverunt
me inimici mei tota die, quoniam
multi bellantes adversum me. Ab altitudine